



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

71. Comparatur cum Isocrate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

geret, iterum per domesticos lorarios, cum iam illuc sceret, miserum ad columnam alligatum iubet virginis cædi.

Is est Lysiac stylus, & pendet continuus tenor. Hæc rotunditas Ciceroni non deest. Sumatur exemplum ex 4. ad Herennium plane Lysiaco charactere signatum. Nam ut forte hic in balneis venit, cœpit, postquam perfusus est, deficari. Deinde vbi visum est, ut in alueum descendere. Ecce tibi iste de transuerso, heus (inquit) ad olefescens pueri tui modo, ne pulsauerunt: satis facias oportet. Hic qui id, utatis ab ignoto, præter confuetudinem appellatus es, erubuit. Iste clarius, eadem, & alia dicere cœpit. Hic vix tandem (inquit) sine me considerare. Tum verò iste cœpit clamare voce ista, quæ facile cuius rubores elicere posset. Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, sed penes scenam, & in easmodi locis exercitus sis? Conturbatus est adolescentis, nec mirum, cui etiam nunc paedagogi litteras ad auriculas versarentur, imperito huiusmodi conuiciorum. Item.

Lysiaci charactera in
Cicerone
exemplum.

Cic apud
Columell.
L.12.c.2.1

Cic. longè
plus habet
floris quam
Lysias.

Præparatis idoneis locis instrumentum, & supellecilem distribuere copimus, ac primum ea lecreuimus, quibus ad res diuinæ vti solemus: Postea mundum mulibrem, qui ad dies festos comparatur: Deinde virilem: Item diutinum solemnum ornatum. Nec minus calceamenta viri que sexu convenientia: Tum iam seorsum arma, ac tela seponebantur, & in altera parte instrumenta, quibus ad lanificia virtutur, post quæ ad cibum consciendum vasa, ut assolent, constituebantur: Inde quæ ad lauationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinenter, exponebantur.

Quæ sequuntur, supra Lysiam.

Cum ad Cyrus minorem, regem Persarum, præstantem ingenio, atque imperij gloria, Ly-sander Lacedæmonius vir summa virtutis, venisset Sardis, eiique dona à socijs attulisset, & ceteris in rebus comis erga Lyandrum, atque humanus rex fuit, & ei quendam conceptum agitum, diligenter constitutum ostendit. Cum autem admiraretur Ly-sander, & proceritates arborum, & directos in quincucem ordinis, & humum subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui afflareretur è floribus, tum dixit: Mirari se non modò diligentiam,

sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa, atque descripta. Et Cyrus respondit: Atqui ego ista sum omnia dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio: Multa etiam istarum arborum mea manu sunt sitæ, & çæt.

Nihil est in toto Lysia cum his dicendi ve- *Discrimen*
neribus comparandum. Iam in hoc maximè *Ciceronius*
differunt, quod Lysias, ut Archytæ columba, *Lysias*,
quandiu vires inditæ patiuntur, sursus qui- *Lysias*,
dem volat, at si contendit altius, mox exhan- *Archytæ*
stus corruvit, & ad terram alluditur. Itaque in *columba*
exordijs, & attenuatis illis narrationibus, ut
notat Halicarnassus, quasi leni Austro fertur,
& exultat. Mox in demonstrationibus, & ex-
ornationibus languescit, in affectibus proflus
extinguitur, ex quo infinitis virtutibus, quas
supra commemoauimus, à Cicerone faciliter
negotio obruitur.

Comparatur cum Isocrate.

C A P V T . L X X L

I Socratis quoque permagnus amator, & fœ-
lix imitator extitit M. Tullius, nec mirum, *Isocrate*
sunt enim illi Rhetori quam eximiae virtutes. *virtutes.*
Prima est *natura*, decora quædam maiestas,
quædam illi totum corpus orationis grande, &
numerolum, variæque intermicantes senten-
tiaz conciliat. Altera *ingenium* ex nominum de-
lectu, iunctura, figurarumque ornata consur- *Isocratis fly-*
gens quædam formositas, ut mihi plerumque *lus vinea*
stylus eius videatur, non dissimilis vineæ illi *aurea*.
aureæ Kegum Persarum, quam racemi ex varia
margaritarum opulentia confecti, mollibus
corymbis in serpentem discolorie ornati ve-
stibant. Eius verò vis potissimum in Panegy-
ricis eluet, quarum orationum præclarus est
artifex, & cum paucis comparandus, quan-
quam etiam in hoc genere Cicero non cedit.
Subiçiam ex vtroq; locos quam simillimos, ut
facilius vis oratorum dignoscit possit. Cicero
pro Marcello laudes efficit clementiæ, quam
bellicis rebus anteponit, quod haec quidem
multorum sint communes, illa vnius propria
& certa sit gloria. Hæc ab Isocrate decer-
pit, cuius apud Philippum
regem haec sunt
verba:

I S O -

I S O C R A T E S .

Πολὺ γέρχαλλιον ἔστι τὰς ἐνοικιας τὰς Τ
πόλεων αἰρεῖν ἢ τὰ τείχη. τὰ μὲν γέρη σὸν μόνον
ἔχειν φύσον, ἀλλὰ καὶ τιούτων τὴν αἴγακαν τῆς
τραπέζης ἀντιθέτων. ἐντὸς τὰς οἰκότητας, οὐ τὰς
τυνεικιας κτησασδε δικαιήσει, ἀπαρτεῖται τὴν
τὴν διάνοιαν ἐπανεύθουσα.

Longè enim præclarus est benevolentiam
ciuium capere, quam muros. Hæc enim non
modo inuidiosi sunt, sed & eorum cauſam
copijs militum aſcribunt. Si verò ciuium a-
morem, & benevolentiam ſemel comparaue-
ris, tuum in eo mentem omnes fūt laudaturi-
tis.

Quanto plenius, & vehementius.

C I C E R O .

Nam bellicas laudes ſolent quidem exte-
nuare verbis, easque detrahere ducibus, com-
municare cum militibus, ne propriæ ſint Imperatorum: & certè in armis militum virtus,
locorum opportunitas, auxilia ſociorum, clas-
ſes, comeatus multum iuvant, maximam
verò partē fortuna ſibi vindicat, & quicquid
eft prospere gestum, id penè omne dicit ſu-
um. At verò huius gloriae C. Cæſar, quam es
paulò ante adeptus, ſocium habet neminem,
&c.

Item, uterque Principes horratur ad gloriā,
ille Cæſarem, hic Philippum.

I S O C R A T E S .

Ἐσιγέργεις μὲν ἀλλότι τὸ δυτικὸν ἀπλήσιον ἔχειν, οὐ
καλόν. Αἱ γέρη μετεύοτητες παρὰ τῆς πολοῦ
ἐνδοκιμεῖσθαι δόξῃς ἢ μεγάλης καὶ καλῆς ὀπίσθι-
μενης, καὶ μηδέποτε ἐμπίπλασθαι, προσήκει τῆς
πολοῦ τὸ ἀλλον διενεγκάθιστον.

Et in ceteris quidem rebus minimè hone-
ſta eft inexpribilis quædam cupiditas, cum
præfertim mediocritas multorum ſermone
celebratur, gloriā verò magnam, & excellē-
lentem concupiſcere, hoc quidem Principum
eſt proprium, qui ceteros quoque longius an-
reccelluat.

C I C E R O .

Itaque præclaram illam, & ſapientiſſimam
voceſ tuā inuitus audiui, ſatis te diu, vel na-
turę vixiſſe, vel gloriā: ſatis, ſi ita viſ naturę,
adde etiam, ſi placet, gloriā. At quod maximū

eſt, patriæ certè parā. Deinde) Quid si iſtud
ne gloriā quidem tuā ſatis eſt? cuius te eſſe a-
udiſſimum, quamuis fit ſapiens, non negabis?
Parūmne igitur, inquietus, magnam gloriā re-
linquemus? Imò verò alijs, quam multis ſatis,
Tibi vni parā. Qui quid enim eſt, quamuis
amplum ſit, id certè parā eſt, tum cum eſt a-
liquid amplius. Item:

I S O C R A T E S .

Οἵμας δὲ τὸ οὐκ ἀγνοεῖν δύο τόπον εἰ δεῖ τὰ
αὐθικά πονοκεδάσιν. οὐ γέρη αὐτόχειρες, οὐτε
μέτα τὸ ἀγαθῶν οὔτε τὸ κακῶν γίνονται τὸ συ-
νούνταν αὐτοῖς. Αλλ' ἔκαστος τοιαύτην ἐνοικεῖ
μηνοῦστιν. Credo te non ignorare, quo pacto dij
immortales res hominum adminiftrant. Ne-
que enim manum adhibent cum bonis impro-
bisque veriantes, ſed eam mentem cuique in-
gerunt, &c.

C I C E R O .

Quod si cetera nos magis per uulgata mo- *De Aruff.*
uerunt, vox ipſa Deorum immortalium *responſ.*
mentes omnibz permouebit. Nolite enim id
putare accidere poſſe, quod in fabulis ſapere vi-
detis fieri, ut Deus aliquis de clavis de caelo
ceterus hominum adeat, verſetur in terris, cum
hominibus colloquatur, &c.

Nescio quo pacto Cicero etiam in iſtis cō-
paratus ſemper eſt aſtrior. Nec eft quod obij-
cias in Iſocrateis locis epiftolare ſtylum, no-
mine enim duntaxat epiftola eft hæc ad Phi-
lippum cohortatio, reuera oratio eft, nec alio
charactere in orationibus vultur Iſocrates.

Iam verò à Cicero multis partibus ſupe- *Iſocratis*
ratur. Primū, quia nimis laxus, & ſinuosus eft
ferme in oīnibus, quod à M. Tullio alienum.
Nam etiam ſi multus ſit in amplificatione, ta-
men auger rebus, ſententijs, ſatibus, aculeis.
Longè alia eft Iſocrateis laxitas, quæ merito à
Dionyſio reprehenditur, nam vbi nulla eft am-
plificati occaſio, de industria trahit orationē,
vt ſuas expiat periods.

Deinde, nimis eft paruis quibzdam, &
puerilibus figuris, numerorumque religioni
addictus, in quibus vſque ad ſatietatem mole-
ſtus eft; Semper floridus, & theatralis, vbi mi-
nimè eſſe oportet. Tertiò, vt puer Anagno-
ſtes, quod antea dictū eft, nullos motū habet *Iſocratis*
aculeos, ex quo languida, & ἄγριος eius fit o-
ratio. Contraria his vitijs ornamenta, Latino *ἄγριος.*
oratori conueniunt. Eſt enim in amplificatio-

H nibus

nibus acer, & efficax, in numeris prudens, & moderatus, in affectibus rex, & triumphator. Et hæc ad commendationem Romanæ eloquentiæ parentis int allata. Cicerone de viuis sublato, natuus ille flos Romanæ eloquentiæ e- mareuit, & occupata ab Imperatoribus repu- blica, quæ fuerant anteā grauitatis, in tumida, fucatam, ancillantem denique facundiam pau- latim degenerarunt. Quæ sita enim tunc ad au- rium delicias affectatio verborum, conciso periodorum, & illa acumina tam ciebra, qui- bus multa necessatio frigida solent obrepere, ad summum estula in castam lingua latine re- ligionem peregrinitas penè omnia corrupti. Quanquam nolim ego Heros illos Sallustiū, Senecam, Cornelium Tacitum, Plinium Ju- niorem, & si qui sunt similes, corruptæ elo- quentiae insimulare, non patiar tamen eos à suis amatoribus Ciceroni, vel praeferriri, vel et- iam æquari, quod in duobus antesignanis o- stendam.

Comparatur cum Sallustio.

C A P V T . L X X I I .

Magna Sallustij apud eruditas quaq; aures commendarie, nam pauci, et propriatum in verbis retinenterissimus, compotum, atque in-TEGRORUM sensuum fecundus, concinnia bre- uitatis artifices, Romanæ denique historiæ scri- ptor florentissimus laudatur. Quam illi palmā in manibus infringere nemo tanus concurrit. Sed neque prudens ullus rerum estimator fue- rit, qui eundem Ciceroni adæquare velit; Nisi forte quis Cydnun flum non spatio aqua- rum, sed liquore memorabilem, si forte leni alueo placidius manaret viderit, cum Nili magnitudine, copia, specie conferendum pu- ter. Si rite Sallustius subtilis, acer, comptus, & in sua breuitate plerumque felix, & luculen- tiss. Quando tamen illam Ciceronis maiestatiem, & vim forcandissimi pectoris, instar tor- rentis effervescentem, cum suis licet acutè vibratis sententijs attingeret. Adde quod stylis gloriam multis næuis infuscauit, quos ipsa tolerare nos potuit antiquitas. Augustus quippe Cæsar, eacozelis haud mediocriter infensus compilatas ex antiqui Catonis originibus vo- ces illi obiecit, quæ cœla Asinum Pollionem venustissimum oratorem mouit, ut contra Sal-

lustij stylum scriberet. Lenaeus vero grammazi- cus Pompeij libertus, non contentus cum Luconem, popinonem, ac lastaurum non i- nasse. Vnde quæq; & scriptum monstrosum, ac M. Catonis verborum forem ineruditum ap- pellat. Quanquam hominis stomacho, haud credendum in omnibus. Certe Gellius cum verborum nouatorem agnoscit, & hoc nouan- di studium cum multa inuidia fratre memorat. Seneca in eodem amputatas sententias, & verba ante expectatum cadentia, & obscuram breuitatem, quæ pro cultu habuit, animaduerit: qua profectò verisimile dicta sunt, & Sallustiū legenti paſsim occurserat. Qualia sunt illa. Eques ascendere, Colos exanguis, Maiores uestrum Oppidum valens, & oppulent. Supplicia Deorum. Ad bellum Persi, pro Persis, & similia, quæ à Sallustio scripta Fronto, Priscianus, & Agrietus agnoscunt lati abruptæ, & ambiguae senten- tiae, quæc crebrae sunt in eo, & affectatae? vi- facient idem maxoribus suis, quod dixisset aliis, misentur maiores suis. Ea sententia secula- liticlos interpetes, qui sic reddidere, ita se- gerant erga maiores suos, voluit credo Sallustius hexametri illum imitari.

Innuitum, qui seruat, idem facit occidenti: Item! Quæ posquit gloria modo, neq; beli parrandi cognovit. Significare voluit, ad bellum parran- du minime pertinere. Huius breuitatis studio nonnulla plerumque a Thucydide, & Demosthene accepta, quanquam satis concisæ dictæ, cogit in loquendi compendium, quo sit, ut eius sententia nimis amputata sit, & exiles Demosthenes Olynth. 2. scriptit. Ai γραπταις δειναις συγχρότεραι συντιθονται τα- riacta δεῖναι εἰδέσθαι πάσαις οὐδετελαι, quod ille per conciunam periodum ad maiorem perspicui- tam, & grauitatem extulit, Sallustius amputans reddit: Secunda remire sunt virtus obvni. Quæ omnia si recte perpendantur, longè à Ciceronis felicitate, nitore, atque elegantia discedunt.

Comparatur cum Seneca.

C A P V T . L X X I I I .

Duo post homines natos arbitror, apud Rē- manam gentem extitisse summa, & prop̄ diuinam